

comitiva, ubi similiter interfuit dominus Taleranus, episcopus
 Tusculanus, ¹⁾ sancte Romane ecclesie cardinalis, vir magni consilii et in
 tota ecclesia plurimum reverendus, cum sollemnibus prelatis et
 ecclesiastici ordinis comitiva. Inter itaque sollemnes curia Wilhelmus ²⁾ Marchio Juliacensis
 Comes Juliacensis pridem per imperatorem Lodovicum ad marchionem ^{dux efficitur in marg. cod.}
 tus dignitatem intitulatus ducatus nomen ab ipso Carolo impera-
 tore suscepit. Item ³⁾ Wenceslaus frater imperatoris, qui antea apud ⁴⁾ Comes Lutzelburgensis
 Spyræ ^{dux efficitur in marg. cod.} per ipsum imperatorem de comite Lutzelburgensi
 fuerat ad ^{m)} dignitatem ducatus elevatus, nunc per eundem in
 eodem ducatus titulo fuit confirmatus. Comes insuper Barren-
 sis de comite in marchionem extitit sublimatus. Porro ^{dictus} primo:
 genitus regis Francie tunc ad presentiam imperatoris accesserat
 ob spem consequendi auxilii, ac ⁵⁾ ut patrem suum Johannem re-
 gem Francie per Eduardum regem Anglie in vinculis tunc deten-
 tum a captivitate liberaret. Sed in proposito parum proficiens
 soluta curia cum suis ad propria se recepit.

Exinde anno domini 1359, cum rex Francie Johannes su-
 pradictus cum filio suo iunioris dudum in bello capti in Anglia
 starent in custodia collocati, Eduardus rex Anglie congregans
 exercitum copiosissimum decerto cum tribus filiis suis et
 cum 80 milibus ⁶⁾ equitum transiens maria et apud Calceys
 opidum navigii stationem figens et inde ⁱⁿ tria agmina exercitum
 suum dividens partes regni Francie et regiones adhuc intactas
 igne arcu et ense longe lateque circumquaque vastans omnia

1) Tusculanus cod. m) ad suppl. n) ab cod. o) milia cod.